¶ ſucceſſor q̄ nō adimpleuit voluntatem defuncti dꝫ exheredari.xj.q.j.ſilueſter.

De hac materia habes vbi agitur de hereditate.

**Exilium.** ¶ exiliū eſt canonica pena quā eccleſia imponit in malicia obſtinatis.xvj.q.j.pbinum ij.q.j.in primis.

¶ ſacrilegor pena eſt carcer vel exilium. xvij.q.iiij.attendendum.

¶ ignobiles pacem eccleſie turbantes.ppetuo exilio releganť.xxiij.q.j.q̄ ꝯtra.

**Exitus.** ¶ exitus malitie virtutis operat ingreſſum.eodēqz ſtudio quo crimē excludiť innocentia copulatur.xxxij.q.j.cū renūciať.

¶ tunc quis ab vnitate ecclie exit qn̄ a fide ⁊ charitate recedit.xxiij.queſtio.iij.cuꝫ aliquis.

¶ tunc boni a malis exire dicunť quādo etiam cū ipſis corpaliter ꝯuerſanť mente a factis eor recedūt.xxiij.q.iiij.tollerandi ſunt.⁊.c.ecce.⁊.c.a malis.

¶ a malis exire eſt facta eorū deteſtando ipſos de malo corripere.xxiij.queſtio.iij. recedite.

¶ difficile eſt vt bono paganť exitu q̄ malo inchoata ſunt principio.j.q.j.principatus.⁊.c.fertur.§.cū ergo.in fine.

**Expoſitio.** ¶ expoſitus cuiuſcūqz miſeratione collectus poſt decem dies a dn̄o nō pōt repeti.lxxxvij.di.ſi expoſitus.

¶ expoſitio ſcripturar accipienda eſt ſm ppietatem linguar de quibus ſunt trāſlate.xxxviij.di.locutio.

¶ exponenda eſt ſcriptura ſm varietateꝫ

cauſarum perſonarum tempoꝝ ⁊ locoꝝ. xxix.diſti.p totum.

De expoſitione ſcripturaꝝ require vbi agit de ſcriptura.

**Exorciſta.** Q, exorciſte in greco. in latino adiurantes vocant. xxi.diſt.cleros.

Q, exorciſte eſt officium manus ſup energuminos ⁊ cathecuminos in exorciſando imponere.xxv.di.perlectis.

**Fabula.** Q, fabulas ſecularū negociorū3 nō decet in menſa clerici ſed verba ſacre lectionis recitare.xliiij.di.conuiuia.⁊.c.ſe.

Q, in menſis clericoꝝ lectio diuinaꝝ haberi pcipit vt fabuloſe ⁊ ocioſe vitent. xliiij.di.p reuerentia.

Q, quia oblectamenta fabulaꝝ nimiū excitant ad incendia libidinum, phibet chriſtianis legere figmenta poetarum.xxxvij diſtin.ideo.

**Facilitas.** Q, facilitas venie incentiuum tribuit delinquendi.xxiij.q.iiij.eſt iniuſta.in fi.

**Fallacia.** Q, fallacia ex voluntate pcedens grauior ē q̄3 que de infirmitate vel tenuitate pcedit.xxij.q.ij.beatus.§.ille ergo.

Q, nō mentitur qui animum fallendi nō habet.ſicut patet de Petro ⁊ Paulo.xxij q.ij.beatus.

Q, ille falſum iurat qui ſcit falſum eſſe qd iurat.xxij.q.ij.beatus.§.ille ergo.

Q, falli in illis que nō ſunt ad ſalutem vel nullum vel leuiſſimū eſt peccatum.xxij.q ij.in quibus.

Q, minus malum eſt fallere aliquē in contractibus q̄3 falli in articulis fidei.xxij.q.ij in ipſarum.

Q, falſum teſtimoniū nemo ꝯtra ſe vel pximū dicere debet.xxij.q.v.ſi nō.añ me.

Q, falſi teſtes cōmunione priuant. ſi clerici fuerint in monaſterio perpetue detrudunt.xxiiij.q.iij.itaq̄3.l.di.ſi epus

Q, ſicut veritas pſequitur falſitatē. ſic boni in malis nō perſequunt niſi malum. xxiij.q.iiij.qui peccat.

**Falſarius.** Q, falſarius dicit q̄ litteras defert que lic3 vere fuerint tñ de ꝯſcientia pape nō emanarūt.xxix.di.in memoriā.vbi nota glo.q̄ innuit diuerſos modos falſandi.

Item falſarius dicitur qui cartam vel bullam radendo vel mutando falſificat.l.di. ſi epus.

Item falſarius dicitur qui falſa ſuggeſtione vel precibus falſis impetrat.xxv.q̄ſti.ij. dicenti.

Q, carta ſup beneficijs ꝑſonalibus ſi non habet datam falſa iudicatur.xxv.q̄ſti.ij.ſi qua beneficia.

Q, licet epo falſariū dn̄i pape incarcerare. xxix.di.in memoriā.

Q, falſarius litteraꝝ dn̄i pape ſi eſt cleric⁹ eſt ab ordine deponendus ⁊ in monaſterio ꝑpetue detrudēdus.l.di.ſi epus.

**Falx.** Q, falx in alienam meſſem mittitur quādo fructus eccleſie nō a vero ſed alieno paſtore tollit.xvi.q.j.c.j. §.in dioceſi.ante mediū.

Q, falcem iudicij nemo deb3 mittere in eā ſegetē q̄ alteri eſt cōmiſſa.vij.q.iij.c.j.

Q, deus in meſſem falcem mittit cū vniuſcuiuſq̄3 vitam tpalem p mortis ſn̄iam incidit.de pe.di.ij.dū ſanctam.circa me.

**Fama.** Q, fama bona neceſſaria ē nobis pꝑter alios.xj.q̄ſtio.iij non ſunt audiendi.xij.q̄ſti.j.nolo.⁊.q̄ſt.ij. quatuor.in fine.

Q, quiſquis cuſtodit famam ſuam etiam in alijs eſt miſericors.xj.q̄ſti.iij.non ſunt audiendi.

Q, clericus de quo mala fama crebreſcit etiam ſi ꝯuinci non pteſt coram epiſcopo pn̄tibus pſbyteris expurgat.xv.q.v.c.j.

Q, pdicator bonus officiū ſuū nō deb3 negligere etiam ſi currat inter infamiā ⁊ bonā famā.vj.q.j.ſunt plurimi.

De hac materia require vbi agitur de infamia.

**Fames.** Q, fames q̄nq̄3 ex ira dei in mundū mittit q̄n pauperibus elemoſine ſubtrahunt.xvj.q̄ſti.j.

reuertimini.poſt mediū.

Q. qui fame laboranti nō ſuccurrit graue peccatū incurrit.lxxxvj.di.nō ſatis.

Q. qui fame morientem nō pauit q̄ſi ipm ꝓpria manu occidit.lxxxvj.di.paſce.

Q. iudex eccl'ie licet teneatur ſedare panis famem.⁊ ſitim aque.magis tamen famē audiendi verbum dei.viij.q̄ſt.j.audacter. in fine.

Q. fames pr'ſtina ſermonis dn̄i pn̄tia doctrinaꝝ eius ⁊ celeſtis panis ſaturitate cōpenſabit̄.lxxvj.di.ieiuniū.in fine.

Q. fames curat morbos quos gula infert de cō.di.v.nullus.

**Familia.** Q. familia debet per dominū ſuum de malo corrigi ⁊ ad bonum incitari.xlvij.diſti.ſicut hi.§.neceſſe.

Q. nō culpat̄ paterfamilias faciēs quod debet ſi aliquis in familia manet incorrigibilis.xlvij.di.q̄ntūlibet.

Q. ep̄us deb; cauere ne aliquē in familia habeat indiſciplinatū.xlvij.diſt.ſicut hi.§.neceſſe.ij.q.vij.ꝑuenit.

Q. a principio in omni familia bona fuit aliquis malus incorrigibilis.xlvij.diſti.quantūlibet.

Q. ꝓpter culpam familie negligens paterfamilias punit̄ tam tempaliter q̄z eternaliter.ſicut patet de hely.xlvij.diſti.ſicut hi.§.neceſſe.

Q. dn̄o excōmunicato.indebite fertur ſententia contra familiam.xxiiij.q̄ſti.iij.ſi habes.§.vt ergo.

**Familiaritas.** Q. familiaritas contra extraneos repellit teſtem.iij.q̄ſti.v.conſanguinei.⁊.c.ſequenti.

Q. familiaritas mulierū nimia omnibuſ clericis ⁊ religioſis ꝓhibet̄.xxxij.diſt.interdixit.⁊ duobus.c.ſe.xxxiiij.diſti.quorūdā.lxxxj.diſ.clericus.vſq; ad fi.diſtinctionis.xviij.q.ij.cognouimus.⁊.c.ſe.

Q. vbi nimia familiaritas eſt mulieꝝ ſtimuli antiq̄ hoſtis nō deſūt.lxxxj.di.optet.

Q. monachi ſacraꝝ virginū cuſtodes ne ꝓpter familiaritatē ſuſpecti habeant̄ a frequenti eaꝝ acceſſu ⁊ colloquio arcentur.xviij.q.ij.in decima.⁊.c.ſequenti.

**Fatum.** Q. fatum eſt genus diuinationis cui qui intendit dānationē anime ſue incurrit.xxvj.q.vlti.nō obſeruetis.

**Fauor.** Q. fauor ſingularis nō debet attendi in electione p̄lati lxiij.diſt.porro.

Q. nec indigni debēt ꝓpter fauorem ad ſacros ordines ꝓmoueri.j.q.j.pueri.

Q. illi qui eccleſias indignis ex fauore cōferunt ſacrilegi reputantur.j.queſti.j.ſunt quidam.

Q. nō corrigere ꝑuerſos nihil aliud eſt q̄z fauere.lxxxiij.diſt.nemo.⁊.c.ſe.xiiij.q.vj.ſi res.poſt me.xxiij.q.iiij.quiſquis.

Q. fauere impietati eſt nō turbare cū poſſit quis peruerſos.xxiij.q.iij.qui poteſt.⁊ c.oſtendit.

Q. prelatus qui fauet in malo peccatoribus vel qui piger eſt in corrigēdo ipſe eis in malicia ſociatur.xxiij.q̄ſt.iiij.ita.⁊.ca.a malis.⁊.c.ſequenti.

Q. qui conſentit peccātibus ⁊ defendit deliquentes apud deum ⁊ homīes eſt maledictus.xj.q.iij.qui ꝯſentit.

Q. fauorē dantes maleficijs ſunt excōmunicandi.xxj.q.v.placuit.⁊ tribus.c.ſe.

De hac materia require vbi agitur de conſenſu.

**Fax.** Q. fax accenſa ſibi detrimentū p̄ſtat.alijs vero lumen in tenebris adminiſtrat.ſic malus p̄latus vel p̄dicator.xv.q.viij.ſciſcitantibus.

Q. ſicut ſupuacuis laborat impēdijs qui ſolem certat facibꝰ adiuuare.ſic qui zelū dei dicit ſe habere ⁊ in corrigendo exequit̄ indebite.vj.q.j.ſi omnia.

**Felicitas.** Q. felicitate peccantiū nihil eſt infelicius.xxiij q.j.paratus.

**Femina.** Q. femina non d; eſſe iudex.iij.q.vij.īfamis.§.tria.

Q. femina ꝓpter verecundiā ſexus niſi in ſua ⁊ ſuoꝝ cauſa nō ꝑmittit̄ ꝓ aliquo aduocare.xv.q.iij.§.j.⁊.iiij.c.ſe.

Q, femina niſi in crimine leſe maieſtatis ⁊ in hereſi ⁊ in ſimonia nō ꝑmittit accuſare.xv.q.iij.certis de cauſis.⁊ tribus.c.ſe.

Q, femina q̃tūcūqꝫ docta ⁊ ſancta in conuentu viroꝝ nō debet ꝑ̄dicare.xxiij.diſti.mulier.xxxiij.q.vl.c.vl.de ꝯſe.di.iiij.mlier.

Q, monache vel q̃ntūcunqꝫ ſancte femine nō licet pallas altaris vel vaſa ſacra contingere.xxiij.di.ſacratas.

An femina poſſit ordinē ⁊ caracterem ordinis recipere.xxvij.q.j.diaconiſſam.

Q, femina ſancta mente eſt diligenda nō corpali frequentia.xxxij.di.hoſpiciolū.

Q, femina extranea nō debet clerico cohabitare.lxxxj.di.cū oībus.⁊.vj.c.ſe.

Q, nō poſſunt deo pleno corde coniungi qui feminarū acceſſibus copulantur.xxxij.di.hoſpiciolum.

Q, clerico ꝓhibetur cohabitatio feminaꝝ niſi forte ſint mater vel ſoror vel ꝯſimilis ꝑſona carens ſuſpitione.xxxij.diſti.interdixit.xxiij.di.his igit̄.lxxxj.di.cleric⁹.⁊.c.ſe.

Q, beatus Auguſtinus etiā cū ſorore habitare noluit ꝓpter ꝯiunctaꝝ ꝑſonaꝝ ſocietatem.lxxxj.di.legitur.

Q, religio nō ꝑmittit vt ſolus cum ſola loquatur.lxxxj.di.in oībus.

Q, vt excludatur mala ſuſpitio nullus clericus niſi certis locis ⁊ tēpibus debet loq̄ cū femina.lxxxj.di.in omnibus.

Q, ꝯfabulatio clerici cū femina debet eſſe ꝑmodica ⁊ cōpendioſa verba.xviij.q̄ſt.ij.diffiniuimus.⁊.c.ſe.

Q, etiam abbati nō licet loqui cū feminis niſi ſub duoꝝ vel triū monachoꝝ teſtimonijs.xviij.q.ij.in decima.

Q, monachi ⁊ monache in vno monaſterio nō debent cohabitare.xviij.q.ij.diffiniuimus.

Q, abbatiſſa volens loqui cū aliquo debꝫ aſſociari per vetulam monachā.xviij.q.ij.diffiniuimus.

Q, nō licet clericis ⁊ alijs xpianis balneare ſe cū feminis.di.lxxxj.nō oportet.

Q, de formis feminaꝝ nō eſt diſputandū.xxxij.di.hoſpiciolum.

Q, femina in ſignum ſubiectionis ⁊ verecundie peccati quod induxit debet velare caput.xv.q.iij.§.j.v̇.his ita.xxxiij.q.vl.⁊.c.vl.⁊.c.hec imago.

Q, femina nec comā amputare nec veſte virili ꝓpter luxum vti debet.xxx.di.ſi qua mulier ſuo.⁊.c.quecūqꝫ.

Q, enixe vel menſtruate femine non debet ꝓhiberi introitus eccl̄ie.v.di.§.j.⁊.c.ſe.

Q, deterior eſt ꝯditio mulieris qꝫ viri q̃ntū ad ſubiectionem.xxxiij.q.v.hec imago.⁊.c.ſequenti.

Item q̃ntū ad voti fractionē.quia vir votum eius reuocare poteſt ſed nō econtrario.xxxiij.q.v.noluit.

Item quantū ad ordinis ſuſceptionē.xxxij di.mulieres.xv.q.iij.§.j.

Item q̃ntū ad accuſationē ⁊ teſtificationē xv.q.iij.§.j.

**Ferie.** Q, ferie legittime ad feſtiuandū ⁊ ad placita ſecularia nō exercenda ponunt̄.xv.q.iiij.ꝑ totū.

Q, ferie legittime ad ieiunandū ſunt ſecūda feria quarta ⁊ ſexta.lxxxij.di.preſbyter xj.q.vlti.de illis.xxij.q.v.qui cōpulſus.de conſe.di.iij.ieiunia.

Q, ab aduentu dn̄i vſqꝫ ad octauam epiphanie ⁊ alia tpa feriata ſūt q̊ ad celebrationē nuptiarū.xxxiij.q.iiij.non oportet.⁊ tribus.c.ſequentibus.

Q, qui dies vel que tempaērianda ſunt ꝑ circuitū anni.de cō.di.iij.§.j.

**Feſtiuitas** Q, feſtiuitas ſanctoꝝ q̃n ſit feſtiuanda laicis eſt ꝓnunciandū.de cō.di.iij.§.j.

Que feſtiuitates ꝑ anni circulū ſunt celebrande innuit̄.de cō.di.iij.ꝓnuncianduꝫ.⁊.c.rogationes.

Q, in ſanctoꝝ feſtiuitatibus maxime ſolēt homīes vacare comeſationibus.xliiij.di.comeſationes.

Q, maxime clerici feſtiuitates ſanctoruꝫ cum deuotione tenentur peragere.xliij.di.nullus.xv.q.iiij.per totum.xvj.q̄ſti.vij.⁊ hoc diximus.

Q, in feſtiuitatibus ꝓhibendi ſunt laici ꝑ ſacerdotes a choreaꝝ ſaltationib⁹.de cōſ.di.iij.irreligioſa.

T De hac materia habes vbi agitur de die dñico.

**Feſtinantia.** Q, feſtinantia in quibus ſit bona ⁊ in quibus mala. habes vbi agitur de acceleratione.

**Fingere.** Q, decuplex inuenitur ĩ canone fictio ꝯſona cũ decẽ p̄dicamẽtis. nam qñqȝ fingit̃ eſſe q̃ nõ eſt. vt Jacob finxit ſe eſſe Eſau. xxij. q. ij. q̃rit̃. §. item opponit̃. vbi nota p̄dicamentuȝ ſubſtãtie.

Item qñqȝ fingit̃ eſſe q̃s minor q̃ȝ ſit. ij. q. v quãq̃ȝ. Exemplũ de auguſtino ⁊ hieronimo. vbi nota p̄dicamentũ q̃ntitatis.

Item qñqȝ fingit̃ quis talis eſſe qualis nõ eſt. xxix. q. j. §. j. vbi nota predicamentũ q̃litatis.

Item qñqȝ quis fingitur eſſe pater qui nõ eſt. xxvij. q. ij. inſtitutum. §. iuxta. vbi Joſeph dicit̃ pater chriſti. vbi nota p̄dicamẽtum relationis.

Item qñqȝ fingitur quis agere quod non agit. xxij. q. ij. cũ humilitas. vbi nota predicamentũ actionis.

Item qñqȝ fingitur quis pati qui nõ patit̃ xxxij. q. v. ꝓpoſito. vbi nota p̄dicamentuȝ paſſionis.

Iteȝ qñqȝ fingitur quis eſſe eo tempꝫe quo nõ eſt. de pe. di. j. ꝑiculoſe. vbi nota p̄dicamentũ tempꝛis.

Item qñqȝ fingitur ſitũ eſſe quod non eſt. xij. diſt. duo. ⁊ c. nerui. vbi nota p̄dicamẽtum ſitus.

Item qñqȝ fingitur nõ habere quod habȝ xxxj. di. lex ꝯtinentie. vbi nota p̄dicamentum habitus.

Item qñqȝ fingitur eſſe in loco vbi non eſt vij. q. j. mutationes. vbi nota predicamentum vbi.

**Fides.** Q, fides eſt de nõ viſis ⁊ iõ habet meritũ. de conſe. di. iiij. nouit dñs. §. in domo.

Q, fides eſt que ꝑ dilectionẽ operat̃. de pe. di. ij. firmũ fundamentũ.

Q, fides qñqȝ accipit̃ ꝓ fidei ſacramento. aliqñ ꝓ habitu mẽtis. de cõ. di. iiij. nihil.

Q, illud apl'i. quicq̃d nõ eſt ex fide peccatũ eſt. ſic accipit̃ ꝙ quidq̃d fit ꝯtra ꝯſcientiã edificat ad gehennam. xxviij. q. j. omnes. §. ex his.

Q, fides non tantũ eſt liberi arbitrij ſȝ donũ dei. de cõ. di. iiij. gratia.

Q, fides ſine operibus non valet. j. q̃ſt. j. ſicut vrgeri. ⁊ c. fertur. de pe. diſt. ij. §. non eſt mirum.

Q, fides meritoꝝ ſuoꝝ gradibus ꝓficit et creſcit. de pe. di. ij. §. hec que.

Q, articuli fidei quos firmiter credere debemus ponunt̃. xxxiij. di. qui ep̄us. de cõſ. di. iiij. prima.

Q, ſimbolũ fidei eſt in eccleſia publice laicis p̄dicandũ. de cõ. di. iiij. ſimbolũ.

Q, ſimbolum fidei ab electo in archiep̄m ante acceptionẽ pallij eſt ꝓfitendum. c. di. optatum.

Q, eſt multiplex effectus fidei. nam fides ĩ vnũ ꝯnectit quos diuerſitas meritorũ tenet. xliij. diſt. ſit rector. poſt me.

Item fides omnia purgat. xv. q. vi. c. vlt. xxiiij. q. j. ſi petrus.

Item omnes ꝓcellas militantis eccleſie ſuperat. xxiiij. q. j. nõ turbatur. in fine.

Item fides rempublicã magis q̃ȝ ſudores corporales gubernat. xxiij. q. viij. tributuȝ §. q̃ȝuis.

Item vbi humana ratio nõ poteſt attingere fides cõp̄hendit. xxiiij. q. j. nõ turbat̃. ĩ fi.

Q, fides ſupplet vbi baptiſmus vł aliud ſacramentũ haberi nõ poteſt. de cõ. diſtinc. iiij. baptiſmi.

Item in baptiſmo ꝓdeſt ꝑuulis fides offerẽtium. de ꝯſe. di. iiij. illud.

Itẽ niſi q̃s ſoliditatem fidei tenuerit deũ cognoſcere nõ poterit. xx. q. j. quia.

Item vbi ſana fides nõ eſt nõ poteſt eſſe iuſticia. xxiiij. q. j. vbi.

Q, ſine fide falſa eſt virtus etiam in optimis moribus. xxviij. q. j. omnes. §. ex his.

Q, p̄latoꝝ eſt ꝯfirmare fidem ſubditoruȝ. xxj. di. §. j. in fine.

Q, cum circa fidem in aliquo dubitat̃ ad fidem aplicam tanq̃ȝ ad magiſtrã accurritur. xj. di. palam. xxij. di. omnes.

Q, omnes xp̄iani tenent̄ fidem xp̄i defen-dere.xcvj.di.nos.⁊.c.vbi.

Q, nō habet fidem chriſti qui corpus ipſi-us.i.membra eccleſie nitit̄ diſtrahere.xxiij q.j.aduocauit.

Q, illis nō eſt credendū q̄ fidem veritatis abiecerūt.ij.q.vij.nō pōt.lxj.di.ep̄m.

Q, q̄ diuinationibꝰ ⁊ magicis illuſionibꝰ credit fidem ꝑdit.xxvj.q.v.ep̄i.

Q, ideo ꝑmittit deus magicis artibus il-ludi hoībus vt ipſoꝝ erga deū fides ꝓbet̄ xvj.q.v.nec mirꝝ.in fine.

Q, fides cū ꝓmittit̄ etiam hoſti eſt ſeruan da.xxiij.q.j.noli.

Q, in ꝓmiſſione ſtulta facta vel vi extorta fides nō eſt ſeruanda.xxij.q.iiij.in malis. xv.q.vj.c.j.⁊.c.ſe.

Q, nō eſt fides que ꝓmittit̄ ꝓ crimine ad-implendo.xxij.q.iiij.ſi ad peccatū.

Q, ad fidē ſuſcipiendā nullus eſt cogendꝰ xlv.di.quid.c.qui ſincera.⁊.c.de iudeis.

Q, ad ſuſceptā fidem cogitur quis redire ⁊ eam ſeruare.xlv.diſt.de iudeis.xxiij.q.v. ad fidem.

## Fidelitas.

Q, fidelitas ſeruāda eſt dn̄o tempali.xxiij. q.v.ſi apud.

Q, ꝓpter p̄ceptū eccleſie qn̄q3 diſcolis do-minis fidelitas nō ſeruatur.xv.q.vj.nos ſanctoꝝ.⁊.ſe.

Q, papa ꝓpter exceſſum dn̄i abſoluit ſub-ditos a iuramēto fidelitatis.xv.q.vj.alios

Q, impator tenet̄ pape iurare fidelitatem lxiij.di.tibi dn̄o.

Q, fidelitatis forma ſex requirit ſeruanda vic3.incolume.tutū.honeſtum.vtile.faci-le.poſſibile.xxij.q.v.de forma.

Q, inter fideles ⁊ infideles multa deb3 eſſe diſcretio.iij.q.iiij.alieni.

Q, debet inter eos eſſe diſcretio in accuſati one ⁊ teſtificatione.ij.q.vij.pagani.

Item in matrimonij ꝯtractione.xxviij.q̄ſt j.iam notat.⁊.c.ſe.⁊.c.iudei.⁊.§.ſe.

Item in ciboꝝ perceptione.xxviij.q̄ſt.j.nul lus.⁊.c.ſe.

Item in mutua cohabitatione.xxviij.q̄ſt.j. iudei.⁊.c.ſequen.

Item in ieiunioꝝ obſeruatione.de con.di. iij.ieiunium.

Itē in tp̄is p̄ſcriptione.xvj.q.iij.porro.

Q, nō pōt hoī eſſe fidelis qui deo extitit in-fidelis.ij.q.vij.nō pōt.

Q, fidelis malus licet ſit numero intra ec-cleſiam merito eſt extra.j.q.j.vt euidenter. xxiiij.q.vl.de illis.in fine.

Q, talis plus nociuus eſt eccleſie q̄3 dire-cte infidelis.xj.q.iij.nolite.in fi.

Item peior eſt infideli.vj.q.j.quero.

Q, talis xp̄iani peccatū grauius eſt pecca to infidelis.xxxij.q.iiij.in eo.

Q, pena ipſius ꝓ peccato grauior erit q̄3 pena infidelis.xij.q.j.ſcimus.j.q.j.nōne.

Q, talis tollerandus eſt nō imitandus q̄3 diu ab eccleſia ꝑ ſn̄iam nō p̄ſcidit̄.xxiij.q iiij.forte.⁊.c.infidelis.

## Filius.

Q, filius dicit̄ ꝑ carnis ꝓpa gationē ⁊ ꝑ moꝝ imitationē xxij.q.ij.querit̄.§.item opponit̄.

Q, filij dei dicunt̄ tripliciter. vel p̄deſtina-tione tantū.vel p̄deſtinatione ⁊ ſpe beati-tudinis eterne.vel merito fidei ⁊ preſentis iuſticie.de pe.di.iiij.hoc ergo.

Q, filij ſp̄uales dicunt̄ tripliciter. vic3 aut ꝑ baptiſmi imerſionē.aut a baptiſmo per leuationē.aut ꝑ ꝯfeſſionem.xxx.q.j.omēs ⁊.c.ad limina.

Q, filij dyaboli dicunt̄ non ꝑ carnis ꝓpa-gationē ſed ꝑ criminis ſucceſſionem.j.q.j. cito.de pe.di.ij.§.cui ſane.

Q, filij liberi dicūt̄ qui ex libero matrimo-nio ſunt orti. Naturales aūt ꝯcubinaru3 filij quos ſola natura genuit nō hōeſtas ꝯiugij.xxxij.q.iiij.c.vltimo.

Q, illi nō reputant̄ filij nec debent in bōis ſuccedere patri qui nati ſunt de inceſtu.x-xxv.q.vij.ꝑ totum.

Q, filij legittimi dicunt̄ qui vel ante baptiſ mū vel poſt de matrimonio nati ſunt.xxv iij.q.j.nunquid.

Q, filij ſequunt̄ ꝯditionē ventris.xxxij.q̄ſt iiij.c.vl.xxviij.q.j.iudei.

Q, pater carnalis de filijs tp̄alem curā de bet habere.xxx.di.ſi q̄s reliquerit.

Q, tenet̄ filios ſuos verbo ⁊ exemplo a vi-

ciſs ad virtutū ſtudia ꝓuocare.xlvij.diſt.ſi
cut hi.§.neceſſe.vſq; in fi.

Q, non debet ſemꝑ eos oſculari ſed qn̄q;
ꝓpter diſciplinam caſtigare.v.q̄ſti.v.nō
oſculatur.

Q, gloria patris eſt filius ſapiens.xcv.diſ.
eſto.in fine.

Q, tunc ꝑ patribus nati ſunt filij qn̄ pro
aplis ſurrexerūt epi.lxviij.di.quoꝝ.

Q, filij p̄ſbyteroꝝ ſi paterne incontinentie
ſunt imitatores ad ſacros ordines nō ſūt
ꝓmouendi.lvj.di.p̄ſbyteroꝝ.

Q, qn̄q; filijs peccata parentū imputant̄.
qn̄q; non.lvj.di.per totū.

Q, filij illegittimi puniunt̄ ꝓpter incōtinē
tiam parentū.xv.q.viij.cū multe.

**Fiſcus.** Q, fiſcus tollit quod nō ac
cepit xp̄s.xvj.q.vij.maiores
7.q.j.decime.circa me.

Q, res ꝯuictoꝝ 7 vnitati ꝑtinaciter reſiſtē
tiū fiſco vendicant̄.xxiij.q.iiij.nimiū in fi.

**Flagellū.** Q, flagellū dn̄i qn̄q; ē
ad vindictā qn̄q; ad ho
minis purgationē.vij.q.j.cū ꝑcuſſio.

Q, ſicut paſtor errantia pecora flagello re
ducit ſic hoīes errantes ꝑ flagella ſunt re-
ducendi.xxiij.q.iiij.nimiū.poſt me.7.c.diſ
plicet.ꝑ totū.7.c.debet.

Q, flagellato nō eſt addenda afflictio.vij.
q.j.cum ꝑcuſſio.

Q, flagellatio vt ꝓficiat debet eſſe diſcreta.
xlv.di.cum beatus.

¶ De hac materia require vbi agitur de
correctione diſcipline. 7 vbi agitur de
percuſſione.

**Flamines.** Q, flamines dicebā-
tur ſacerdotes gentili
um a filo quo in capite vtebant̄ pro quo
dicebant̄ flamines quaſi filamines.xxj.
di.cleros.circa me.

Q, apl'i in locis vbi gentiles p̄mos habue
rūt flamines.ꝯſtituerūt patriarchas.vbi
vero archiflamines.conſtituerūt archie-
piſcopos.7 vbi flamines poſuerūt ep̄os
lxxx.di.in illis.

**Fletus.** Q, fletus īmoderatus nō
debent fieri ꝑ morte amico-
rū.q2 ipſos ꝑ mortē nō amittimus ſed p̄-
mittimus.xiij.q.j.quā p̄poſterum.

Q, flere mortuū indebite ꝓuenit ex deſpe-
ratione future reſurrectionis 7 ex puſilla
nimitate plus q̄; ex pietate.xxx.q.ij.vbicū-
q;.7.§.ſequenti.

Q, dn̄s nō fleuit lazarum mortuū ſed ad
mundi huius erumnas reſuſcitandū.xiij
q.ij.qui diuina.

Q, petrus fleuit 7 flendo peccata deleuit.
de pe.di.j.circa p̄n.

Q, peccator flere debet cogitando.quia in
iuſte peccando deum ſuū offendit.de pe.
di.v.§.defleat.

Item fleat qui peccatis ſe vltro obtulit.7 ī
ipſis perſeuerauit.de peni.diſti.j.§.j.circa
principium.

Item fleat non ſolum q̄ peccauit ſed quia
interim virtute ſe priuauit.de pe.diſti.j.§.
j.v̄.dolendum.

Item fleat q̄ ꝓximū ſuū malo exemplo cor
rupit.de pe.di.j.§.j.v̄.aīaduertere.

¶ De hac materia habes vbi agitur de
lachrymis 7 vbi agitur de luctu.

**Fomes.** Q, fomes eſt languor na
ture q̄ carnis ꝯcupiſcentia
appellatur.xv.q.j.§.cum itaq;.

Q, fomes carnis ꝯcupiſcentia appellat̄ q̄
verius aīe infirmitas dici poteſt.ſed ideo
īfirmitas carnis d̄r.q2 accidit aīe ex ꝯiun
cte carnis corruptione.xv.q.j.§.itaq;.

Q, fomes nō eſt peccatū ſed pena peccati.
xv.q.j.§.j.

Q, fomes in baptiſmo nō delet̄ ſed debili-
tat̄.de cō.di.iiij.baptiſmū.7.c.nō ex quo.

Q, fomes ſemꝑ repugnat legi mentis etiā
in ꝑfectis.xxxiij.q.v.ſi paulus.

**Fons.** Q, fons ſignatus 7 puteus a
que viue dicitur eccleſia.xxiiij.
q.j.omnibus.7.c.quoniā.

Q, ſicut a fonte preſciſus riuus areſcit.ſic
vnuſquiſq; ab vnitate eccleſie ſeꝑatus.xx
iiij.q.j.loquit̄.ante finem.

Q, ſcientia ſacre ſcripture magis de fonte
q̄; de riuulis eſt querenda.lxxvj.diſtin.ie-
iunium.circa p̄in.

Q, p̄lati nō vtilia ſaluti p̄dicantes dicunt̄

fontes ſine aqua.ij.q.vij.ſecuti.in fi.
Q, charitas dicitur fons.viij.q̃ſti.j.in ſcri-
pturis.ante finem.
Q, dicit̃ fons baptiſma.xviij.q.ij.pridem.

**Forma.** Q, forma ꝛ exemplum di-
cunt̃ eſſe p̃lati ſubditoꝝ.xc-
iiij.di.dictum.xcv.di.eſto.xvj.q.j.p̃dicator
xxj.q.iiij.p̃cipimus.
Q, forma eccleſiaſtice vite eſt in clericorũ
caſtitate.lxxxij.di.pposuiſti.in fine.
Q, forma pfecta eſt vt nõ totũ ſibi eripiat.
ſed quod habet cũ pauperibus partiatur
lxxxvj.di.in ſingulis.
Q, forma appellationis ꝛ apl'oꝝ habet̃.ij.
q.vj.appellatione.§.forma.
Itẽ forma recõciliationis excõicati.xj.q̃ſt.
vlti.q̃ p̃decessor.§.excõicationis.ꝛ.c.ſe.
Item forma fidelitatis iuratur.xxij.q̃ſti.v.
de forma.
Item forma verboꝝ qua tranſubſtantiat̃
corpus ꝛ ſanguis xp̃i.de ꝯſe.diſti.ij. quia
corpus.ꝛ.c.qui manducat.
Item forma ſepationis ꝛ recõciliationis
ꝯiugũ.xxxv.q.vj.ab iſto.ꝛ.c.ſe.

**Fornicatio.** Q, fornicatio ẽ du-
plex ſcilicȝ ſpũalis ꝛ
corporalis ſeu carnalis.xxviij.q.j.idola-
tria.xxxij.q.vij.nõ ſolum.
Q, oĩs pollutio ĩmunda carnalis fornica-
tio dicit̃.xxxij.q.vij.p totũ.
Q, fornicatio licet videat̃ eſſe genus cuiuſ-
libet coitus.tñ ſpecialiter intelligit̃ in vſu
viduaꝝ.meretricũ vel ꝯcubinaꝝ.xxxvj.q.
j.lex illa.§.cum ergo.
Q, fornicatio carnalis nulli impune ꝯce-
ditur.xxvij.q.j.quia nubendi.
Q, ſimplex fornicatio que ẽ ſoluti cũ ſolu-
ta p̃hibet̃.xxxij.q.iiij.dicat.ꝛ.c.meretrices.
Q, ppter maius malũ vitandũ nõ eſt m̃l-
tum exaggeranda.xxxij.q.ij.ancillam.
Q, fornicatio nõ ẽ diuerſa.ſiue pulcra ſit ſi-
ue turpis quã q̃s cognoſcit.xiiij.q.vl.c.vl.
Q, fornicatio maximũ peccatũ ẽ ppter tẽ-
pli dei violationem.xxxij.q.iiij.in eo.ꝛ.q̃ſt
vij.nõ ſolum.
Q, femine fornicantes cũ clericis debent ĩ
ſeruitutẽ redigi.xxxij.di.eos qui.

De materia clericoꝝ inuenies vbi agi-
tur de clericis.
Q, ep̃us vel p̃ſbyter fornicans cũ ſua filia
ſpũali.ſi publicũ eſt debet deponi.ſi occul-
tũ ep̃us.xv annis.ꝛ p̃ſbyter.xij.dȝ penite-
re.xxx.q.j.omnes.ꝛ duob⁹.c.ſe.
Q, maritus ſic ꝯtinere dȝ vt non det vxori
occaſionẽ fornicandi.xxvij.q.j.nubendi.
Q, ppter ſolam cauſam fornicatiõis vxor
dimittit̃ q̃ntũ ad cohabitationẽ.xxxij.q.j.
dixit dñs.
Q, fornicatio ſpũalis eſt idolatria quã ſe-
quunt̃ infideles.ꝛ quelibet noxia ſupſti-
tio.xxviij.q.j.idolatria.
Q, fornicatio animi ẽ ſeruitus idoloꝝ.xxx-
ij.q.vij.nõ ſolum.
Q, auaricia q̃ eſt idoloꝝ ſeruitus fornica-
tio ſpũalis dicit̃.xxviij.q.j.idolatria.
Q, fornicatio ſpũalis dicit̃ ꝯſenſus mẽtis
ad fornicandũ. Iuxta illud.q̃ viderit mu-
lierem ꝛc.xxxij.q.vij.nõ ſolum.

**Fortitudo.** Q, fortitudo corpo-
ralis ſi p afflictione
in malignantes exercetur bona ꝛ lauda-
bilis eſt.xxiij.q.iij.fortitudo. Exemplum
d̃ Moyſe q̃ egyptiũ malignantẽ occidit.
xxiij.q.iij.nõ inferenda.
Q, ille p̃deſt furi vel pirate q̃ fortitudinem
membroꝝ ſuoꝝ ne peius agant debilitat.
xxiij.q.iij.ſi quis.
Q, dilectores huius ſecli fortes ſunt in his
q̃ ſunt ad mundũ.ꝛ debiles in his q̃ ſunt
ad deũ.xlvij.di.omnes.

**Forus.** Q, forus eſt exercendarũ li-
tium locus ſicut innuit̃.xj.q
j.clericus ſiue.
Q, actor debet ſequi forum pulſati.xj.q.j.ſi
quiſq̃ȝ.
Q, ſiue clericus ſiue laicus pro crimine
pulſatus nõniſi in foro ſuo debet audiri.
xj.q.j.clericus.ꝛ.c.ſe.
Q, clericis pulſatis in ep̃ali iudicio forũȝ
cõpetit.xj.q.j.ſi quiſq̃ȝ.
Q, excepta ſede ap̃lica nemo põt trahi ex-
tra ſuã dioceſim vel puinciã p cauſe liti-
gio.vj.q.iij.ꝛ.iiij.p totũ.ꝛ.xj.q.j.fere p to.
Q, ratione criminis ꝯmiſſi efficit̃ quis de

foro alieno.iij.q.vj.c.vlti.

Q, ibi cauſa agenda eſt vbi crimē cōmitti tur.iij.q.vj.peregrina.ꝛ ſex.c.ſe.

Q, ſi quis mutat domiciliū ibi forꝫ iudicij ſubeat vbi habitationē elegit.xiij.q.ij.vbi/cūqꝫ.§.quia ergo.

Q, q̄ cauſam ſiue iuſtam ſiue iniuſtaꝫ ad alterius fidei iudicis forum ꝓuocat eſt ex cōmunicandus.ij.q.vj.catholicus.

Q, clericus ab epō depoſitus ſi p̄ncipē ſe/cularem adeat amplius non auditur ſed ſpem recipiendi gradus in futuꝝ amittit. xxj.q.v.c.j.ꝛ.c.vltimo.

Q, clericus ſi extra ꝓuinciam excepta ſede aplica iudicia experat eſt deponendus.iij q.vj.nō liceat.xj.q.j.ſi qs clericus.ꝛ.c.ſe.ꝛ. c.inolita.ꝛ.c.de diuerſis.

**Frater.** Q, dicitur quis frater fide.ij.q.j.multi.circa mediū.xj.q iij.ad menſam.

Item frater dicitur ꝯſanguinitate.xxxv.q. iij.quedam lex.

Item dicitur frater iuris interp̄tatione.xx viij.q.j.nunquid.

Item dicitur frater dignitatis cōmunione lj.di.ꝑterea.de peni.di.v.fratres noſtros.

Itē dicit᷑ frater religione.xvj.q.j.vos aūt.

Item dicitur frater religionis ꝓfeſſione.x. q.ij.epūs habeat.

Itē dꝛ frater noīe nature.vj.q.j.ex merito.

Item dicit᷑ frater ſimilitudine.de ꝯſe.diſt.j. Jacobus frater dn̄i.

Item dicitur frater facti cōparatiōe.xiiij. q.v.imolans.in fi.

**Fraus.** Q, fraus ꝓprie cōmittitur q̄n res ad ſpeales vſus miſ/ſa retinetur vel indebite expenditur.xvj.q j.reuertimini.

Q, amico rapere furtum eſt.eccleſiā qꝫ de/fraudare ſacrilegium eſt.xij.q.j.gloria.in fi.xij.q.ij.q̄ oblationes.in fi.

Q, cū paupibus elemoſina ſubtrahit᷑ de/us q̄ res ad hoc cōtulit de ſua pte defrau/dari ꝯquerit᷑.xvj.q.j.reuertimini.

Q, q̄ defraudat panē egentium homo ſan guinis eſt.xiiij.q.v.imolans.

Q, qui legata morientiū retinēt egenos et mortuos ꝯſolatione defraudant.xiij.q̄ſt. ij.qui oblationes.

Q, qui defraudat eccl'ie res in quadruplū debet reſtituere.xij.q.ij.in antiquis.

Q, clericus qui res eccleſie q̄ ſunt paupꝝ defraudat eſt corripiendus. ſi vero epūs eſt deponendus.x.q.ij.epūs.ꝛ.c.ſe.

Q, qui furem ꝛ latronem vel raptorē alie/na cuꝫ poſſit vt reſtituat nō cōpellit eſt ſo cius fraudis vel criminis.xiiij.q.vl.c.ſi res.

De hac materia require vbi agitur de diuortio.

**Fructus.** Q, fructus digni peni/tentie ſunt incipientium vicꝫ de peccatis dolere ꝛ de futuris malis cauere.de pe.di.v.circa fi.l.di.qꝛ tua.

Q, fructus virtutū ſunt ꝑficientiū.quorū eſt de virtute in virtutē ꝓgredi.de peni.di. v.in fine.

Q, fructus ſpiritus ſunt pfectoꝝ quorum eſt beatitudinibus inſiſtere.vicꝫ volunta riam paupetatē diligere.manſuetudinē te nere.p eterno deſiderio lugere.iuſticiam eſurire ꝛ ſitire.miſericordiā ꝛ mundiciaꝫ actrāquillitatē pacis amplecti.ꝛ ꝓ obſer/uatione iuſticie pſecutionē pati.ꝛ ceteris fructibus ſpūs inſiſtere.de pe.di.ij.ſi qs ſe mel.§.notandū qꝫ eſt.

**Fuga.** Q, fuga peccatoꝝ eſt elonga re ſe a terrenis ꝛ ꝓpinquis.xij q.j.c.cui porcio.

Q, fugiendi ſunt honores ꝛ fugientibꝰ of/ferendi.viij.q.j.in ſcripturis.

Q, ſi a pſecutoribus plati pſona q̄rit᷑ debꝫ fugere.ſi aūt fides vl' grex querit᷑ ſe obijce re.vij.q.j.aduerſitas.§.hoc enā tūc.

Q, q̄ iudiciū fugit cōſtat illum de iuſticia diffidere.xj.q.j.xp̄ianus.in fi.

Q, heretici ꝛ ſciſmatici in ꝓuincia pmanē tes ſunt fugiendi.xxiiij.q.j.omnes.

Q, ad eccleſiam fugientes ſunt ab eccleſia ꝓtegendi.lxxxvij.di.eos.

**Furor.** Q, furor cōmotionis tēpo/re iuſtum putat omne quod facit.xj.q.iij.illa.

Q, laudabile eſt in ꝓpoſitis ſi nō furent.ſꝫ ratio dn̄etur in ipſis.xj.q.iij.illa.

Q, furoꝛ in ſapiente talia facit de quo poſt multū ſolet penitere.xj.q.iij.cū apud.

Q, rectoꝛes alioꝝ nō cū leuitate vel furoꝛe debent pꝛecipitare ſententiam.xj.q̄ſtio.iij. ſummopere.

Q, qui poſt ſacerdotiū furere inceperit ſacerdotio nō carebit niſi furia ſit ꝑſeuerās xv.q.j.ſi quis nō.in fi.

# Furtum.

Q, furtum eſt omnis illicita aliene rei vſurpatō xiiij.q.v.penale.xxxij.q.iiij.meretrices.circa finem.

Q, fur reputat̄ q̄ volēs furari ꝓpter timorē humanū nō furat̄.de pe.di.j.ſi ꝓpterea

Q, nō ꝑmiſit rapinā q̄ furtū ꝓhibuit.xxxij q.iiij.meretrices.

Q, furti noīe rapina ꝛ quicq̄d ꝓximo aufertur illicite.in ꝓhibitione decalogi continet̄.xiiij.q.v.penale.

Q, q̄ntūcūq̄ʒ paꝝ quis abſtulerit furti nomen incurrit.xiiij.q.vj.c.vl.de pe.diſti.j.§. vulgaris.

Q, nō furtum ſed mens furantis attendit̄ xiiij.q.vlti.c.vl.

Q, furtum nō facit neceſſitas ſed volūtas de cō.di.v.diſcipulos.

Q, cū ꝓ neceſſitate vite alienū tollit̄.quia tunc oīa ſunt cōmunia furtū nō cōmittitur.de cō.di.v.diſcipulos.

Q, qui vt elemoſinā faciat alienuʒ accipit furtū cōmittit.xiiij.q̄ſti.v.foꝛte.xxxij.q.iiij. ſic non ſunt.

Q, non eſt furtū accipe ab inuito ſibi debitū.xiiij.q.v.nō ſane.

Q, res egyptioꝝ aſpoꝛtando furtū nō cōmiſerūt filij iſrael.qꝛ dn̄o oīm iubente paruerūt.xiiij.q.v.dixit dn̄s.

Q, furē vel raptoꝛē nullus debʒ defendere ſed hūanitatis cauſa poteſt ꝓ ipſo intercedere.xiiij.q.vj.c.ſi res.ꝛ.c.hi qui.

Q, fures vel latrones qꝛ infames ſunt nec accuſare nᶜ teſtes eē pn̄t.xij.q.v.ꝯſtituimꝰ

Q, furtum ex auaritia cōmiſſum grauius punitur q̄ʒ quod fit ex inopia.xij.q̄ſtio.ij. fraternitatis.

Q, epus rex eccleſie dilapidatoꝛ tanq̄ʒ fur a ſuo honoꝛe eſt deponendus.x.q.ij.c.vlt.

xij.q.ij.in legibus.

Q, p̄ſbyter in furto depꝛehenſus ab oī honoꝛe deponit̄.lxxxij.di.p̄ſbyter.

Q, p̄latus eſt fur qui nō curat de ouibus vel nō intrat ꝑ oſtiū ī officiū p̄lature.xxiij q.iiij.tres ꝑſonas.

Q, furtiua vſurpatio p̄iudicium nō generat.xciij.di.illud.

# Futurum.

Q, futura ſcire expedit ꝛ mō debito ſūt inquirēda.j.q.vij.ꝯuenientibus.in p̄n.

Q, futura nō ſunt ꝑ ſoꝛtilegia inueſtiganda.xxvj.q.ij.nō ſtatim.ꝛ duobus.c.ſe.

Q, curioſitas eſt ꝑ ꝯſtellationes futura inueſtigare.xxvj.q.ij.ſoꝛs.§.his ita.

Q, futura nō ſunt inueſtiganda ꝑ auguria vel ꝑ aliaꝝ artiū magicaꝝ documēta xxvj.q.ij.illud.

Q, oīa p̄dicta futura inquirere eſt idolatrie deſeruire.xxvj.q.ij.ſed ꝛ illud.

Q, aruſpicia ꝛ auguriatiōes oꝛacula ꝛ nigromancia.ꝑ que hoīes futura inquirūt inualuerūt ex arte demoniaca.xxvj.q.ij. ſine ſaluatoꝛe.

Q, ex inſpectione ſcripturarū futura non ſunt querenda.xxvj.q.v.aliquanti.

Q, demones cū ex acumine ſenſus ꝛ celeritate motus ꝛ ex diuturnitate tēpꝛis ipſis ante cognita hoībus aliqua pꝛenunciant futura videntur pꝛedicere.xxvj.q.iiij. ſciendū.ꝑ totū.ca.

# Generatio.

Q, generatio ē duplex. vicʒ carnalis q̄ eſt a patribus ꝑ ſucceſſionē.ꝛ ſpūalis que fit per baptiſmi generationē.xxxij.q.iiij.recurrat de cō.di.iiij.regenerante.

Q, in generatione carnali qn̄q̄ʒ de malis naſcunt̄ boni.qn̄q̄ʒ ꝺ bonis naſcunt̄ mali.qn̄q̄ʒ de bonis boni.ꝛ de malis mali.xxxij.q.iiij.recurrat.xlvij.diſti.q̄ntūlibet.lvj. di.naſci.ante finem.

Q, naſci de adulterio nō eſt culpa naſcentis ſed eius q̄ generauit.lvj.di.naſci.

Q, vndecūq̄ʒ generent̄ hoīes honeſti ꝛ ſalui erūt ſi parentū vicia nō ſectant̄.lvj.diſ. vndecūq̄ʒ.ꝛ.c.dn̄s noſter.

Q, mlti ſummi pontifices ⁊ epi ſunt ex pſ-byteris generati.lvj.di.c.j.⁊.c.oſius.

Q, ideo quidā vſqʒ ad quartā generatio-nē eccleſiā dei intrare ꝓhibent donec cul-pam auctoꝝ multipliciter ſucceſſio gene-rationis aboleat.j.q.j.cito.

Q, generatio ſpiritualis q̄ eſt ꝑ baptiſmū facit remiſſionē oīum peccatoꝝ.de conſe.di.iiij.regenerante.

Q, baptiſmus Johānis nō erat ſufficiēs ad ſpūalem generationē.de conſe.diſt.iiij.nō regenerabant.

Q, xp̄us ſuo baptiſmo hoīes ad ſpūalem generationem ꝓuocauit.de ꝯſe.di.iiij.nō regenerabant.

# Genua.

Q, genua a feſto paſce vſ-qʒ ad feſtum penthecoſtes incluſiue in ſignū reſurrectiōis dn̄ice ad horas nō ſunt flectenda.lxxvj.diſti.c.ieiu niū.§.nō aūt.⁊.c.ſcire.xxx.di.ſi q̄s p̄ſbyter.§.ſimiliter.

Q, nec die dn̄ico nec in alio feſto ſanctorū genua flectenda ſunt orando.xxx.di.ſi q̄s p̄ſbyter.de ꝯſe.di.iij.quoniā ſunt.

Q, in diebus ieiunioꝝ genua flectere pec-catores debent.xxvj.q.vij.ſacerdos.

# Geſtus.

Q, geſtus exterior corpis qualitatē indicat mentis.xlj.diſt.clericus.§.ſicut ergo.

Q, geſtus rep̄henſibilis.ſi diſſolutus vel mollis eſt indicat laſciuiam.ſi fractus in-dicat ſuꝑbiam.ſi citus indicat impetuoſi tatē.ſi tardus indicat pigriciā.xlj.diſ.par-ſimoniā.⁊.c.clericus.§.ſicut ergo.

# Gladius.

Q, gladius eſt duplex ſcʒ materialis ⁊ ſpūalis xxiij.q̄ſt.viij.§.j.xv.q̄ſt.vj.auctoritatem.cir ca finem.

Q, xp̄s nō venit in terram mittere gladiū materialem ſed ſpūalem.xxxiij.q.ij.inter-fectores.§.in hoc.

Q, eccleſia nō habet niſi ſpūalem gladiuʒ q2 nō occidit ſed viuificat.xxxiij.q.ij.inter hec.xvj.q.ij.viſis.in fi.xxiij.q.j.ſi petrus.

Q, materialis gladius p̄latis in exemplū patiētie inhibetur.ſpiritualis vero qui eſt verbum dei exerceri p̄cipitur.xxiij.q̄ſt.j.§.j.⁊.q̄ſt.viij.§.j.

Q, eccleſia criminoſos nō materiali ſʒ ſpū ali gladio feriri iubet.xxxiij.q.ij.interfecto-res.§.in hoc.

Q, p̄lati eccleſie de mandato pape poſſūt res eccleſie materiali gladio defendere.xv q.vj.auctoritatem.circa fi.

Q, poteſtates ſeculares ideo non ſine cau ſa gladiū materialē portant.q2 in malefa tores ire dei exiſtunt miniſtri.xxiij.q.v.nō ſolum.⁊.c.ſunt quedam.⁊.q.iiij.queſituʒ.⁊.c.ſicut.in fine.

Q, ſecularis poteſtas cū gladium vindi-cte reſpuit occaſionē peccandi tribuit.xx-iij.q.iiij.eſt iniuſta.

Q, ille gladiū materialem cum culpa acci pit qui ſine poteſtate ꝯ̄ceſſa a ſuꝑiore in ſanguinem alterius armat.xxiij.q̄ſti.iiij.ille gladium.

# Gloria.

Q, gloria epi eſt pauperi-bus ſubuenire.xij.q.ij.g̃lia.

Q, p̄dicator gloriā ſuam euacuat qn̄ non ꝓ eterno ſed ꝓ fructu temꝑali laborat.j.q.ij.ſacerdos.in fine.

Q, in lata gente eſt gloria regis.in diminu tione plebis eſt ꝯtritio p̄ncipis.j.q̄ſt.iiij.ec cleſia.§.item dauid.poſt me.

Q, nihil eſt illo paſtore deterius q̇ luporū laudibus gloriatur.lxxxiij.di.nihil.⁊.vj.q j.ſunt plurimi.

Q, melior eſt in malefactis hūilis ꝯ̄feſſio q̄ʒ in bonis ſuperba gloriatio.xj.queſt.iij.iniuſtū.

# Gratia.

Q, gratia dicit̄ eo q̄ gra-tis dat̄ vl̄ recipit̄ gratia ali ter non eſt.j.q.j.c.j.

Q, gratia nō generis nobilitate ſed virtu-te ꝯ̄parat̄.xl.di.illud.

Q, nullus niſi purget̄ a viciis gratiaʒ dei pōt accipere.de pe.di.j.alij econtra.§.non poteſt quis.

Q, ſicut ſol equali luce ſuꝑ omnes radiat.ſic gratia dei ſine acceptione ꝑſonaꝝ eq̄li ter omnibus infunditur.de conſe.diſtin.iiij.nec queq̄ʒ.

Q, gratie plenitudo adiectione non indi-get nec vlla requirit ꝯ̄mendationis au-

gmenta.vj.q.j.ſi omnia.

Q, q̄tūcūq; occulta loca aīam ſine gratia ſaluare nō poſſunt.quia de paradiſo homo.ꝛ angelus de celo peccādo cecidit.xl. diſt.quelibet.

Q, gratia dei dat fidem ꝛ facit remiſſionē peccatoꝝ.de ꝯſe.di.iiij.gratia que.

Q, gratia xp̄i nō ſolum facit malum vitare ſed etiam bonū facere.de ꝯſe.di.iiij.placuit.ꝛ.c.ſequenti.

Q, gratias deo ꝛ hoībus ꝑ beneficijs agere debemus.xvj.q.j.reuertinimi.

Q, de aduerſitatibus ꝛ paſſionibus deo gratias referre debemus.xxj.q.vl.ꝛ.c.vlti.

Q, ſine grātia mandata dei adimpleri nō poſſunt.de ꝯſe.di.iiij.c.vlti.

**Gradus.** Q, gradus in eccleſia diuerſi ꝛ ſtatus vnitatē eccleſie ꝯſeruant.di.lxxxix.ad hoc.xciij.diſ. a ſubdiacono.l.di.in capite.

Q, in ſingulis gradib⁹ ordinū ꝯferendis dilationis tempa ſunt obſeruanda.lxxvij di.in ſingulis.ꝛ.c.ſe.

Q, ad ſingulos grad⁹ ordinū recipientiū etas eſt ſeruanda.lxxvij.di.ꝑ totū.

Q, ad gradū diaconatus ꝛ ſupra nemo ē ꝓmouendus niſi ꝑeunte ꝯtinentia fuerit approbatus.lxxvij.di.quicūq;.

Q, ad ſupiorē gradū ſacerdotij nullus debet exponi niſi ab inferiori ordine gradatim aſcendendo.lix.di.ꝑ totū.

Q, apud deū nō gradus altior ſed vite melioris actio comprobat̄.xxxiij.q.iiij.ſicut excellentiam.

Q, gradus ſunt nō ſolū inter virtutē ꝛ virtutē.ſ; etiā in vna eadēq; virtute.de pe.di. j.ego ſum panis.§.hec q̄.ꝛ.c.dū ſanctam.

Q, nō ſolum ſunt in virtute gradus ſ; etiā in peccato.de pe.diſt.ij.ſicut tribus.§.non eſt mirum.

Q, tribus gradibus ad peccatū peruenit̄. ſuggeſtione.delectatione.ꝛ ꝯſenſu.de pe. di.ij.ſciendum.ꝛ.c.ſicut tribus.

Q, olim vſq; ad ſeptimū gradū ꝯſanguinitatis ꝛ affinitatis matrimoniū ꝯtrahi impediebat̄.xxxv.q.iij.ꝯtradicimus.ꝛ.q̄ſt viij.ꝑ totū.

De cōputatione ꝯſanguinitatis ꝛ affinitatis habes.xxxv.q.iij.ꝯtradicimus.ꝛ.q.iiij. ꝛ.q.v.ꝑ totum.

**Grāmatica.** Q, grāmatica ad meliores vſus aſſumpta anime ſaluti nō infert detrimentū.xxxvij.di.ſi quis grāmaticā.

Q, ep̄o vel alio p̄lato eſt rep̄hēſibile omiſſo euangelio vel alia ſacra ſcriptura ꝓ̄ſo grāmaticā exponere.xxxvij.diſt.turbat.§. cur ergo.lxxxvj.di.cum multa.

Q, ep̄i vel p̄ſbyteri ſi cadūt in grāmatica non ſunt a ſapientibus irridendi.q2 plus ſunt penſanda vicia moꝝ q̄; verboꝝ.xxxviij.di.q̄zuis.§.ſed licet.ꝛ.c.ſedulo.

Q, ſi aliquādo ſancti viri loquunt̄ ꝑ barbariſmos ꝛ ſoleociſmos nō ſunt ꝓpter h̄ deſpiciendi.xxxviij.di.ſedulo.ꝛ.c.ſe.de cō. di.iiij.retulerūt.

Q, indignū eſt v̄ba celeſtis oraculi reſtringi ſub regulis donati.xxxviij.di.indignū. j.q.j.marchion.

**Grex.** Q, ſicut grex ex vna morbida oue pollui̊t.ſic ex p̄lato imūdo plures inficiunt̄.xlv.di.ſed illud.in fi.

Q, p̄lati tanq̄; arietes ducatū gregi p̄bere debent.vij.q.j.ſciſcitaris.

Q, languente paſtore grex inſidiatoꝝ dentibus laniandus exponit̄.vij.q.j.q̄zuis.

**Guerra.** Q, guerra q̄nq; imittit̄ ꝓpter populi peccata.xxiij.q.v.remittunt̄.ꝑ totū.c.lvj.di.ſi gens.

¶ De hac materia hēs vbi agit̄ de bello.

**Gula.** Q, gula eſt mater luxurie.q2 vent ꝛ genitalia ſūt vicina mēbra.xliiij.di.§.j.cū aūt.de cō.di.v.nihil.

Q, gula ſic in vilibus vt in p̄cioſis attenditur.xlj.di.delitie.ꝛ.c.quiſq̄s.

Q, quinq; ſunt ſpecies gule.vic; accuratius cibo intendere.lautiora excogitare.ī cibo tempus p̄uenire.ad cibū nimiū eſtuare.de cibo plus ſumere.de conſe.diſtinc. v.quinq;.

Q, gula de paradiſo primū hoīem expulit xxxv.di.ſexto.

Q, gula groſſum ſenſum generat.xliiij.di. nō liceat.§.ſi ergo.

¶ gula moꝛbos facit. moleſtias ingerit. ⁊ egritudines generat. de cō. diſ. v. nihil. ⁊ c. ne tales.

¶ guloſi nō aliter feſta ſanctoꝝ putant celebrare niſi gule deſeruiāt. xliiij. di. §. j. in fi.

¶ egritudies quas gula infert fames curat. de cō. di. v. legimus.

**Habere.** ¶ habere pōt eccleſia ꝓpꝛium exemplo dñi. xij. q. j. exemplum. ⁊ ca. ſequenti.

¶ ꝑfecti ꝓpꝛium nō habēt nec habere cōcupiſcunt qui nō ſuoꝝ ſed cōmuniū ſunt poſſeſſoꝛes. j. q. ij. ſacerdos.

¶ religionem ꝓfeſſi ꝓpꝛiū habere nō debent. xij. q. j. ſcimus. ⁊ trib⁹. c. ſe. c. habebat. ⁊ c. ſe. xviij. q. ij. qꝫ ſit. §. nullus.

¶ habentibus elemoſinā dare nihil aliđ eſt qꝫ ꝑdere. j. q. iiij. ij. paſtoꝛ.

**Habitatio.** ¶ habitatio vera xp̄i eſt eccleſia que fidem ipſius ſeruat. xxiiij. q. j. q̄ dignioꝛ.

¶ deus nō habitat in illis q̇ ꝑ ſupbie ſingularitatē ſe a melioꝛibus diuidūt. xxiiij. q. j. audiuimus. ante me.

¶ ſicut filij iſrael diſperdere nō potuerūt yebuſeos eos quin in medio ipſoꝝ habitarent. ſic boni nō pn̄t euadere falſos xp̄ianos. xj. q. iij. nolite recedere. ꝑ totū ca.

¶ nō poſſunt cū deo toto coꝛde habitare qui feminarū acceſſibus copulant̄. xxxij. di. hoſpiciolum.

¶ nullus clericus cū extranea femina debet habitare. lxxxj. di. clericus. ⁊ ij. c. ſe.

¶ monachi cū monialibus in vno loco nō debent habitare. xviij. q. ij. in nullo loco. ⁊ quatuoꝛ. c. ſe.

¶ habitatoꝛes preponūt̄ extraneis in pluribus in cōſtitutione archidiaconi. xciij. di. legimus.

Item in ꝯſtitutione iconomi. lxxxix. di. qꝛ.

Itē in epō eligendo. vj. di. §. econtra beatus Nicolaus. ⁊ q̄tuoꝛ. c. ſe. vij. q. j. remoto.

Item in abbatis electione. xvij. q̄ſt. ij. qꝫ ſit.

Itē in epi accuſatione. ij. q. vij. querendū.

Item in defuncti epi rerū ꝯſeruatione. xij. q. ij. nō liceat alicui.

**Habitus.** ¶ habitus clerici nō in veſtibus nec in calceamentis decoꝛē debet ꝑtendere. xlj. diſti. clericus. ⁊ §. ſe. ⁊ c. ꝑ ſimoniam.

¶ clerici in habitu ſuo nec ſericis nec aureis intexturis. nec in ſūmitate veſtimentoꝝ varioꝝ coloꝝ oꝛnamentis vti debent xxj. q. iiij. omnis iactantia. ⁊ q̄tuoꝛ. c. ſe.

¶ religioſoꝝ habitus nō debent eſſe notabilis diuerſicoloꝛis: ſed cōueniens pn̄ie ⁊ deuotioni. xx. q. j. vidua.

¶ religioſus habituꝫ ꝓfeſſionis ſue tā in lecto qꝫ i alijs locis dꝫ deferre. xx. q. j. vidua

¶ mulier que ꝓpter luſuꝫ habitū homīs virilem aſſumit anathema incurrit. xxx. diſt. ſi qua mulier.

**Heli.** ¶ hely ſacerdos ſanctus fuit ſꝫ qꝛ filios nō erudiuit ſupinus cecidit. xxxvij. di. legant.

¶ ſicut ꝓpter filioꝝ hely peccatū homīes a ſacrificio dei detrahebant̄. ſic prauis exemplis p̄latoꝝ quottidie peioꝛes fiunt. l. di. de his vero.

¶ ſicut ex pctō filioꝝ Hely in manu hoſtium populus coꝛruit. ſic plebs peccata p̄latoꝝ luit. j. q. iiij. eccleſia.

**Helias.** ¶ helyas vt oñderet illuꝫ verū deū eſſe quem colebat oꝛauit igne celeſti quinquagenarios ꝯſumi. xxiij. q. iiij. ſi illic. §. ſed obijcit̄. ⁊ c. ꝙ xp̄s ⁊ c. ea vindicta. ante fi.

¶ ꝑcibus helye celū clauſū fuit annis tribus ⁊ ſex mēſibus. xxiij. q. iiij. ſi illic. §. ꝙ tūc

¶ helyas culturam Baal vindicauit ſacerdotes eius occidendo. xxiij. q. iiij. guliſarius. circa finem.

**Helizeus.** ¶ helyzeus aſperſione ſalis ſterilitatē aque ſanauit. de ꝯſe. di. iij. aquā ſale.

¶ in exemplū ꝑfectis ad ꝓphetandū vadens boues ⁊ omnē curam domeſticam reliquit. lxxxvj. di. dñs.

¶ miſit lignum in aquā ⁊ ferrum ſecuris contra naturam natauit. de conſe. diſti. ij. reuera. poſt mediū.

**Hereditas.** ¶ hereditas ſcḋm leges ab indignis ſuc

ceſſoribus pōt auferri.xj.q.j.ſilueſter.

¶ heredi nō licȝ ſine cauſa venire contra factum ſui p̄deceſſoris.xj.q.j.ſilueſter.xvj.q.vj.illud.

¶ nullus exheredidato filio eccleſiam debet facere heredem.xvij.q.vlti.c.vlti.xxx.q.ij.ſi quis iraſcitur.

¶ ep̄s res quas habuit hereditario iure libere pōt ꝯferre.xij.q.j.ep̄i de.

¶ clerici ſunt funiculi hereditatis xp̄i.xij.q.j.clericus.

## Heremita.

¶ ſunt heremite qui vere ⁊ pure ſolitariaȝ vitam ducunt.xvj.q.j.qui vere.

¶ Johānes baptiſta fuit de vita heremitica.ij.q.vij.c.vlti.§.item Johannes.

¶ heremitica vita v̄a ac pura digna honore iudicat̄.xvj.q.j.qui vere.

¶ heremite ne videantur eſſe acephali debent ſubeſſe ep̄is.xciij.di.nulla.⁊.c.ſe.xj.q.iij.ſi autem.

¶ heremite vtunt̄ p̄uilegio clericali ſicut alij religioſi.xvj.q.j.qui vere.

¶ heremita poteſt habere ꝓpriū ⁊ cōdere teſtamentū.xix.q.iij.ꝑlatum.§.ꝯtra.

¶ heremite rōne ꝓprij imꝑfectiores ſunt monachis quibus ꝓpriū nō licet habere.xix.q.iij.ꝑlatum.§.ꝯtra.

## Hereſis.

¶ hereſis grece ab electiōne dicit̄ q̄ ſcȝ eam diſciplinā quā ſibi vnuſq̄ſqȝ eligit putat eſſe meliorem.xxiij.q.iij.hereſis.

¶ p̄ma hereſis occaſione corꝑis chriſti ⁊ ſanguis orta ē in diſciplis.de cō.di.ij.p̄ria

¶ poſt illā arriana q̄ ponebat maioritatem gradus in ꝑſonis orta eſt in clericis.xvj.di.ſexta ſinodus.§.prima.

¶ tunc xp̄ianitas in diuerſas hereſes ſciſſa eſt qñ ꝓpter fidei ꝑſecutores ep̄i ad cōcilia celebranda in vnū nō poterāt ꝯuenire.xv.di.canones.

Diuerſitatem hereſium ⁊ multiplicitatem earum habes.xxiij.q.iij.quidam aūt heretici.ꝑ totum.

¶ inter hereſim ⁊ ſciſma eſt iſta differētia vicȝ quia hereſis eſt in ꝑuerſa doctrina.ſȝ ſciſma in ſeꝑatione ab eccleſia.xxiij.q̄ſt.iij.inter ſciſma.

¶ largo modo ſimoniaca prauitas dicit̄ impia hereſis.j.q.j.quiſquis.c.cum liqueat.⁊.c.eos.

¶ ſimoniaca hereſis ortū habuit t̄ꝑe apoſtoloꝝ.j.q.j.fertur.

¶ diuina ꝓuidentia diuerſi erroris hereſes eſſe ꝑmittit vt fideles aſtutiores reddātur.xxiij.q.vlt.c.vl.

¶ nullum peccatū eſt grauius hereſi.xxxij.q.vij.quid ī omnibus.xxiij.q.iij.q̄d aūt xxij.q.ij.primū.

¶ an grauius peccat q̄ hereſim incurrit ignorans an q̄ ſciens auaricie deſeruit.vj.q.j.quero.

¶ ꝓ nullo alio q̄ȝ ꝓ hereſi papa pōt ꝯueniri.xl.di.ſi papa.

## Hereticus.

¶ herticus eſt q̄ falſas ac nouas opiniones gignit vel ſequit̄.xxiij.q.iij.hereticus.

Itē hereticus eſt q̄ aliter ſcripturā ſacram intelligit q̄ȝ ſenſus ſpūſſancti flagitat.xxiij.q.iij.hereſis.xxxviij.di.q̄ȝuis.

Item hereticus eſt qui p̄ciſus eſt ab vnitate eccleſie.iiij.q.iij.c.j.⁊.ſe.

Item hereticus eſt q̄ in vnā hereſim dānatam incidit.xxiiij.q.j.acatius.

Item hereticus dicitur nō qui errat ſed q̄ errorem ꝯtumaciter defendit.xxiij.q̄ſt.iij qui in eccleſia.

Item large ſimoniacus dicitur hereticus.j.q.j.quiſquis.

Item q̄ romanā eccleſiam negat eſſe caput eccleſiaꝝ ⁊ q̄ auctoritati eius derogat eſt hereticus.xxij.di.omnes.circa fi.

Item ille qui hereticos defendit nō ſolum hereticus ſed hereſiarcha dicendus eſt.xxiiij.q.vl.qui alioꝝ.

¶ p̄ſumptio ſenſus ꝓprij via eſt ad hereſim.xxiij.q.iij.quid aūt.

¶ qui in expoſitione ſcripture locū.t̄ꝑus.ꝑſonam nō attendit de facili in erroris laborinthum cadit.xxix.di.ſciendum.

¶ nō ſunt inter hereticos cōputandi qui errorem ab alijs recipientes parati ſunt poſtponere.xxiij.q.iij.dixit.

¶ ſicut ipſi heretici damnati ſunt ab ec-

cleſia ſic ⁊ ſcripture eoꝝ.xv.diſti.in ṗmis. §.montanus.

Q, heretici excōmunicati ſunt ipſo iure.xxiiij.q.j.acatius.⁊ duobus.c.ſe.

Item poſt mortē excōicantᷣ.xxiiij.q.ij.ſane ꝓfertur.ꝑ totum.c.

Q, conſortium ⁊ cōmunio hereticoꝝ ſunt fugienda.xxiiij.q.j.aduocauit.⁊.ca.ſe.⁊.q.iij.clericus.

Q, hereticoꝝ ↄuenticula cōciliabula ſunt appellanda.xxiiij.q.iij.clericus.

Q, ſacramenta hereticoꝝ in forma eccleſie tradita ſunt bona.q² nō ſunt humana ſꝫ diuina.xxiij.q.iiij.quid faciet.

Q, ſcienter nō debent ab ipſis etiam in neceſſitate ſacramenta recipi.xxiiij.q.j.ſi quē forte.⁊ duobus.c.ſe.

Q, nec danda ſunt ipſis a catholicis ſacramenta.xxiiij.q.ij.nec quiſqꝫ.

Q, heretici nō habent ſalutem in ſe nec poteſtatem in alios.xxiiij.q.j.quodcunqꝫ.et ca.vbi.

Item ꝙ nō poſſunt ↄtra fideles teſtificari.ij.q.vij.nō pōt.⁊.c.pagani.

Item nec ipſos accuſare poſſunt nec iudicare.iij.q.j.c.j.xxv.q.j.omne.

Item nec excōicare poſſunt nec cōdemnare.xxiiij.q.j.ait.⁊ duobus.c.ſe.

Q, hereticos accuſare etiam infames pſone pn̄t.vj.q.j.nos.§.ſed licet.⁊.c.ſe.

Q, hereticus hereticū excōicare pōt.nō catholicū.xxiiij.q.j.miramur.§.j.

Q, hereticus excōicatus ab heretico ꝑpt crimen.a catholicis ꝑpter deteſtationem culpe nō ē recipiēdus.xxiiij.q.j.q̄ſqs.⁊.c.ſe.

Q, reges ⁊ ṗncipes terre debent hereticos ꝑſequi ⁊ habent eccleſiā tueri.xxiij.q̄ſt.iiij.nō inuenitᷣ.⁊.c.ſicut excellentiam.

Q, heretici ſunt cogendi ⁊ cōpellendi ad fidei quā reliquerūt receptionē.xxiij.q̄ſt.iiij nimiū.vſqꝫ ad fi.q.

Itē pn̄t cōpelli ꝑ rerū tpaliū ſpoliationeꝫ.viij.di.quo iure.poſt me.xxiij.q̄ſt.iiij.ipſa pietas.⁊.c.q̄ peccat.

Item ſunt cogendi vel domandi ꝑ corpalem punitionē.xxiij.q.iiij.diſplicet.⁊.c.ſe.⁊ q.v.c.j.⁊ duobus.c.ſe.

Q, in ꝑſecutiōe eoꝝ nō ad res eoꝝ ſꝫ ad ſalutem reſpectus eſt habendus.xxiij.q.iiij.ipſa pietas.in fi.

Q, inuentor hereſis ⁊ imitator pari dānatione plectuntᷣ.xxiiij.q.j.c.j.

Q, redeuntes debent recipi cum ſcriptura que ↄtinet deteſtationem p̄teriti erroris ⁊ vere fidei ꝓfeſſionem.j.q.vij.ſi qui voluerint.c.quotiens.⁊.c.maximū.⁊.c.ſequenti xxvj.q.vj.his qui tempe.in fine.de cōſe.di.ij.ego berengarius.

Q, redeuntes ad priſtinā dignitatē nō admittuntᷣ de iuris rigore.j.q.vij.c.j.

Q, humiliter redeuntes ad priſtinā dignitatē reſtituuntᷣ.de benignitate eccleſie.j.q.vij.ↄuenientibus.⁊.c.didici.⁊.c.maximū.xxiij.q.iiij.ipſa pietas.

Q, redeuntes nō ꝓmouentᷣ ad maiorē dignitatem.xij.di.nos.j.q.vij.ſaluberrimū.

## Henricus.

Q, henricus ṗmus imperator ṗuilegio renūciauit quod romani pontifices ꝓpter ſciſmaticos ⁊ hereticos ↄtulerant imperatoribus ſuꝑ ꝓuiſione ⁊ ſuꝑ inueſtituris epoꝝ.lxiij.di.ↄſtitutio.§.ex his.

## Hiſtrio.

Q, hiſtrio ad accuſandū nō admittitᷣ.quia infamis eſt.iij.q.j.diffinimus.

Q, clerici maxime in ſacris ↄſtituti in conuiuijs vbi hiſtriones ſunt non debent intereſſe.xxxiij.di.p̄ſbyteri.

Q, hiſtriones ꝓhibentᷣ ad ordines ꝓmoueri.xxxiij.di.maritū.

Q, nec eucharîſtia in tali ſtatu manētibꝰ dari debet.de ↄſe.di.ij.ꝑ dilectione.

Q, hiſtriōibus ꝑpter ſuū officiū res ſuas dare peccatū eſt imane.lxxxvj.di.donare.

## Holocauſtū.

Q, holocauſtū ſpūale eſt ieiunare.elemoſinam dare.pudicitiā polliceri.xxiij.q.j.odi ⁊ pieci.

## Homicidiū.

Q, homicidium tres habet ſpecies ſunt eni͂ hōicide interfectores.detractores ⁊ odium habentes.de pe.di.j.homicidioꝝ ⁊ quatuor.c.ſe.

Q, prime ſpeciei homicida eſt qui nō tan-

tũ facto ſed etiã ꝯſilio vel fraude aliquē
occidit.de pe.di.j.ꝑiculoſe.⁊.c.noli.

Q, oẽs vulnerantes eandẽ mortuũ vel cõ
ſiliũ vel auxiliũ prebentes homicide iudi
cant̃.xxiij.q.viij.c.vl.xxxij.q.ij.aliqñ.

Q, nõ habens publicã adminiſtrationẽ ſi
maleficũ vel qualẽcũq3 criminoſum in/
terfecerit homicida iudicabit̃.xxiij.q.vlti.
quicũq3 ꝑcutit.⁊.q.iiij.ille gladiũ.

Q, ille miniſter eſt homicida q̃ ſponte ſua
illum occidit quem ſcit etiam a iudice oc/
cidendũ.xxiij.q.v.cum miniſter.

Q, homicida eſt qui aborſum viuẽtis aĩe
ꝓcurat.xxxij.q.ij.quod vero.

Item qui ſibi volũtarie membrũ virile ab
ſciderit.lv.di.ſi quis ſemet.

Q, quicũq3 qualicũq3 mõ ſe occiderit ho/
micida iudicat̃.xxiij.qſt.iiij.diſplicet.poſt
me.q.v.ſi nõ licet.ꝑ totũ ca.

Q, videt̃ q̃ ꝓpter periculũ caſtitatis licz ſe
ipm occidere.xxiij.q.v.nõ eſt.

Q, Sampſon qui ſeipm occidit cũ alijs ꝑ
inſtinctũ ſpũſſancti de crimine excuſatur
xxiij.q.v.ſi nõ licet.ante fi.

Q, ꝓ illis q̃ ſuiipſius homicide ſunt nõ ẽ
orandũ nec ſunt cũ fidelibus ſepeliendi.x/
xiij.q.v.placuit vt hi.

Q, ad homicidiũ miſcere ſe cũ alijs quili/
bet debet formidare.xxiij.q.viij.ſi in mor/
te longobardoꝝ.

Q, nulla lex innocentẽ occidere concedit.
xxiij.q.v.ſi nõ licet.

Q, homicidia maxime clericoꝝ ꝑ iudices
ſeculares ſũt vindicãda.xxiij.q.v.ſũt q̃dã.

Q, principi vel iudici iuſte officiũ exercen/
ti homicidiũ ad culpam nõ imputat̃.xx/
iij.q.ij.noli.⁊.c.ſe.q.v.de occidendis.⁊.ca.
miles.⁊ q̃tuoꝛ.c.ſe.⁊.c.nõ fruſtra.⁊.v.c.ſe.

Q, reũ non iudex ſed lex occidit.⁊ ſi parcit
